



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 56. Eorum postulata ad Cæsarem circa Concilium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„tionis: sic enim & antiqui Patres fu- Sæcul. XVI.
„gerunt Concilia impiorum.,” A. C. 1562.

§. LV.

Conditiones ab iis pro Synodo requisitæ.

His duodecim querelis plures addi-
dere articulos circa normam, quam
in Synodi celebratione observari vole-
bant: horum autem primus erat: Con-
cilii Indictio per Cæsarem fiat. II. Ce-
lebretur intra Germaniæ limites. III.
Facultas assistendi, & libere decernendi
etiam laicis concedatur. IV. Expo-
nanturea, quæ amplius requirerentur,
ut esset revera universale Concilium.
V. Relaxetur juramentum, quo Epi-
scopi, & Ecclesiastici obstricti tenentur
Papæ. VI. Juramentum calumniæ exi-
gatur ab omnibus vocem decilivam ha-
bituris. VII. Priora Decreta Concilii
Tridentini aboleantur. VIII. Præsidis
honor soli Christo tribuatur. IX. Pro
norma, seu regula iudicii constitua-
tur sola Sacra Scriptura. X. Agatur
de auctoritate, quæ sanctis Patribus,
& Conciliis Veteribus tribuenda sit.
XI. Eorum scripta, & decreta ad Sacræ
Scripturæ examen revocentur.

§. LVI.

*Eorum postulata ad Cæsarem circa
Concilium.*

Hi

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

Hi fuere articuli, quos prioribus suis querelis adjecere, insuper alios ejusdem ferme tenoris Cæsari proponendos subjungebant, eosque ad sequentes reducebant. I. Concilium in Germania celebretur. II. A Papa non indicatur. III. Is non præsideat, sed Concilii pars sit, & ejus decretis subiectus. IV. Episcopi, & ceteri Prælati immunes sint a juramento Pontifici præstito, quo possent libere, & sine præjudicio sententiam dicere. V. Scriptura divina iudex habeatur. VI. Theologi Augustani vocem habeant non solum deliberativam, sed etiam decisivam, deturque eis salvus, prout vocantur, conductus, non solum quoad personas, verum etiam quoad Religionis exercitium. VII. Decisiones non fiant ex majori suffragiorum numero, sed præferantur sententiæ meliores, seu illæ, quæ cum Regula verbi divini consentiant. VIII. Præcedentia Concilii Tridentini acta pro irritis habeantur, cum ab una tantum partium celebratum fuisset. IX. Si in Concilio concordia de Religione non sequeretur, conditiones saltem Passavienses in Germania inviolatæ permaneant. X. De omnibus his articulis cautio idonea detur.